



B. 61.

21

*Q. D. B. V.*

DIE XXII MARTII HORA X  
VERBA VLTIMA  
IN PAEDAGOGIO REGIO

DE

# MIGRATIONE VERBI DIVINI

VNVS E SELECTAE CLASSIS DISCIPVLIS

FACIET.

QVEM VT BENEVOLE AVDIANT

# PATRONI ET FAVTORES

STVDIORVM NOSTRORVM  
CETERISQUE EXAMINIS PUBLICI ACTIBVS  
PARI FACILITATE ADSINT,  
OFFICIOSISSIME ROGAT,

POSTQVAM

DE

# IN SIGNI BIBLIORVM IN LINGVIS VVLGARIBVS HOC SAECVLO

PROVENTV

QVAE DAM PRAEFATVS EST,  
HIERONYMVS FREYER  
PAED. REG. INSP.

{e) Matth. xvi. 2

13 HORALVITI  
PRAEFATIUS QM PRAEFATIUS  
2. Preparationis p[re]l[ic]tio[n]is  
O D A N  
S I G N U M  
VERB[US] ALTI[US]  
IN TERRA EGO IO[HN]ES DICTO[IA]  
MIGRATIONE ARRI[VI] DIVINI  
ANAS + P[RO]FETAT[ES] C[ON]TR[ACT]AS DISCIPULAS  
GEO  
YACINT  
OAVM AT INNOCENTIUS AVANT  
PATRIONI ET PATRORIS  
CENTRISQ[UE] EXAMINIS AQUITAT[US]  
PUR[US] P[ER]TURAT[US] APP[END]IT  
OEST[ER]IORIS M[OD]I H[AB]ET  
SOCIATIONE  
IN SIGNI BIBLIORVM INTINCIAIS  
AL[LEG]ABVRBAS HOC SECE[ND]O  
SEN[TE]NTIA  
H[AB]ERONIUM S[ECUNDU]M S[ECUNDU]M  
REMAN[ENT]A  
E[st]A  
GREGORIUS & CLEMENTE EP[ISCOP]I MILITIA IN CONFESS  
CETO MILITIA IN CHISTI[US] EP[ISCOP]I MILITIA IN CONFESS  
CHRISTIANYS HISTORIE AB OFFICINA FRANCISCA MILITIA  
F[ABR]ICIA V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS  
F[ABR]ICIA V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS  
F[ABR]ICIA V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS V[IR]GINIS



Sic quasdam notas temporum  
et characteres quasi proprios, quibus  
alia ab aliis dignoscantur, ipse SER-  
VATOR noster (a) docet: Phariseos  
atque Sadduceos increpans, in  
obseruanda cœli facie satis curiosos;  
sed ad ea, quæ ante oculos ac pedes  
erant, hebetes et plane cœcos. Quis

ergo nobis vitio vertet, si et nostri temporis signa fideli  
animaduersione tenere atque ex tot et tam expressis diuinæ  
benevolentiae vestigiis sapere studeamus? Ex multis  
vnum præcipue iam animo obuersatur meo: insigne ta-  
men ac dignum, quod inter primaria cœlestis prouidentiae  
munera omnes referamus. Nimirum sic de magno bibliorum  
prouantu iudicandum existimo, quem sæculum nostrum  
tanta nobis copia attulit, ut biblicum inde nominari vere  
posse videatur. Vix binæ ab exorsu eius annorum deca-  
des elapsæ sunt: sed cum totidem facile sæculis comparan-  
dæ, si hoc fertilitatis genus spectes. Quod ut manifestum  
fiat, haud necesse arbitror, illorum huc in subsidium voca-  
re CL. Virorum labores, qui in publicando et multiplican-  
do tam Hebreo quam Greco sacrarum litterarum codice  
desudarunt; inter quos, quid Venerandi Theologi nostri,  
D. Io. Heinrici Michaelis, curæ ac vigiliis debeamus, in  
aprico est. Sane in ipsis vulgaribus linguis tot diuinorum  
librorum volumina per annos XXII prodierunt, quot or-  
bem christianum ab inuenta arte typographica ad id tem-  
pus usque vidisse vix credibile videatur. Propinquiora pri-  
mum lustrabimus: quibus intellectis etiam ad ea, quæ ma-  
gis remota sunt, licebit pergere. Declinante iam superio-  
ri sæculo, quod soli miserentis Dei bonitati tribuendum  
est, ardenter passim per Germaniam verbi diuini amor in  
multorum animis accensus erat: unde requiri in officinis  
librariis ac tandem desiderari sacri codicis exemplaria coe-  
perunt. Quod non mirum est excitasse bibliopolas, lucri

) ( 2

occasio:

(a) Matth. XVI, 3.

occasione haud facile adspernantes, ut nouis impressio-  
nibus leuare hanc penuriam suscepissent; quamquam nec  
eos omnino defuisse constat, qui ementium quoque sum-  
tibus parcere studebant atque hoc modo cælestem hunc the-  
saurum eo felicius diuulgare. Hoc autem plane in confessio-  
ne est et luce meridiana clarissimus, exerto novo saeculo certatum  
quasi surrexisse, qui manum admouerent operi et rem chri-  
stianam multiplicato Dei verbo pro virili adiuuarent. Hinc  
notæ sunt et forte aliqua ex parte etiam ignotæ bibliorum  
cum integrorum, tum noui fœderis editiones, quas varia  
forma diuersoque typorum genere Amstelodamum, Au-  
gusta Vindelicorum, Berolinum, Francofurtum, Goslaris,  
Gotha, Hala, Hamburgum, Hannouera, Heilbrunna,  
Lemgoia, Lipsia, Luneburgum, Marpurgum, Meinunga,  
Minda, Noriberga, Numburgum, Oettinga, Schleusinga,  
Sondershusa, Stada, Stargardia, Stutgardia, Tigurum, Vi-  
lma, Witteberga, Zittauia aliæque, si non Germania no-  
stræ omnes, at Germanicæ tamen dialecti vrbes ostende-  
runt. Ex his vel vna (b) Sondershusa, quantum constat,  
anno saeculi huius  $\text{ix}$  voluminum  $\text{viii}$  millia exhibuit: Ha-  
lla autem nostra ex diuersis officiis paullo ante et posthac  
millia minimum  $\text{xvii}$ ; ut de psalterio ac nouo testame-  
to Wetterkampfii impensis excuso nihil dicam, quod vr-  
bes agrosque mira initio et incredibili multitudine explere  
ecepit. Vnde facile diiudicari potest, quis tandem quan-  
tusque numerus proditus sit, si omnia omnium impresio-  
num exemplaria ad vnam referre summam liceret. Sed lon-  
ge nobilior ac beatius eorum fuit studium, quibus hanc  
mentem atque hunc amorem cælestis Spiritus indidit, ut  
pauperum etiam rationibus consulere atque sic laborem su-  
um ac sumptus Deo soli consecrare non grauarentur. Sic,  
ut alios nunc taceam, de Vandorum in Lusatia reliquiis  
Matrona Illustrissima, HENRIETTA CATHARINA, coniu-  
gio GERSDORFIA, sed ex antiquissima FRISIORVM gen-  
te oriunda, dudum meruit: de vniuersa autem Germania

D. Hein.

(b) Vide præfationem editioni huius anni a summe Rev. D. G. Fr.  
Meinharto præmissam.

D. Heinricus Georgius Neussius, Theologus laudatissimus  
et sacrorum in comitatu Werningerodensi antistes vigilan-  
tissimus. Nam illius munificentia et sumtu, post psalmos  
Daudis, omnes euangelistarum atque apostolorum libri  
Vandalica æque ac Germanica lingua in vsum miseri po-  
pelli (c) prodierunt: hic vero, nulli per annos plures curæ  
ac labori parcens, iterum iterumque repetita totius codicis  
numerisissima (d) publicatione fecit, vt promtam vbiique  
ac facilem diuini verbi copiam omnes haberent. Sed hæc  
et huius generis alia tantum præludia fuerunt instituti mul-  
to salubrioris: instituti, inquam, quod post Deum eius-  
que prouidentiam manifestissimam et in excitandis pluri-  
morum animis ad opes liberaliter conferendas plane singu-  
larem consilio, cura, partim etiam sumtu Perillustris quon-  
dam, sed ad æternæ gloriæ lucem iam euocati Viri, CARO-  
LI HILDEBRANDI, L. B. A CANSTEIN, in ipsa hac vrbe  
nostra anno CIO 1000 XII vigore cœpit et, quæ eiusdem  
benignissimi Dei indulgentia est, in hunc vsque diem vi-  
get. Quænam totius operis ratio sit et quanti res laboris  
ac temporis fuerit, ad finem exoptatum peruenire, pluri-  
bus hic commemorare nolo: quum ipsum beatissimum  
auctorem publicis hoc scriptis aliquoties fecisse constet.  
At quid præstatum hoc incepto in communem vsum sit,  
Deoque adiuuante sperari inde porro queat: facile est ad  
iudicandum illi, qui annis vix XI exactis integri codicis  
cxxx mille exemplaria, nouiautem fœderis cxliv mille  
excusa esse considerat. Quod præterire hoc loco eo mi-  
nus possum, postquam his diebus MSCtum aliquod in ma-  
nus incidit, ex quo intelligo, Venerabilem Directorem no-  
strum, Augustum Hermannum Franckium, hoc iam ante  
annos xxxii, quum Erfurti ecclesiam Christi paſceret, in  
votis habuisse: haud immerito lætati quod etiam plus vo-  
to atque exſpectatione (e) æratæ nostræ dedisse opti-  
mum

: (3)

(c) Budisœ a. 1706, 8: vbi præfatio plura de hac re memorabilia refert.  
(d) Legē Ven. Theologi nostri, D. I. Langii, illustrationem historię euane-  
gelicę nouissimę apologeticam p. 630. (e) Verba Ven. Viri, quæ mihi  
huc spectare vīla sunt, sic scripta inueni: Ich recommendire, so viel an  
mit



mum Deum video. Neque tamen soli Germanie  
sic prouidit Numen benignissimum, sed extra eam quoque  
regnis et nationibus quam pluriinis: ex quibus ea tantum,  
quæ præcipua sunt et singularia maximamque partem ex  
beneficorum hominum liberalitate profecta, adferam; ut  
de reliquis, quæ more consueto facta sunt, eo facilius iudi-  
cari posit. Et Græcæ quidem ecclesiæ, penuria bibliorum  
variis de causis laboranti, iam anno huius seculi x prouid-  
eri denuo cœpit: quum e prelo orphanotrophei nostri  
nouum testamentum (f) bilingue exiit, hoc est, textrum  
authenticum vna cum hodierna Græcorum dialecto exhibe-  
bens. Quo ipso tempore etiam Deus Augustissimam Bo-  
russiæ reginam, SOPHIAM LOVISAM, in studium erga  
hanc gentem vere christianum et tam serium excitauerat:  
ut parte sumtuum munificentissime oblata subleuare hanc  
impressionem decerneret largamque satis exemplarium e-  
legantissime compactorum copiam iis, quorum res ibi es-  
sent tenuiores, transmitti in munus iuberet. Bohemi au-  
tem ex eadem Hala nostra anno superiore auctoritate et im-  
pensis Illustrissimi Domini, ERDMANNI HEINRICI, Co-  
mitis HENCKELII, biblia integra, nitidissime ac volumi-  
nibus v mille expressa, accepérunt: quum noui testame-  
nti Bohemici editio, ab hoc tamen instituto diuersa, iam  
anno ix indidem præcessisset. Pari zelo in Dania adhuc

de  
mir ist, die ganze heilige Schrift altes und neues Testaments: weil es  
aber auf einmal nicht also seyn kann, ist mir lieb, daß nur indeßen das neue  
Testament in vieler Händen ist; in der guten Zuericht, Gott werde da-  
durch, wo nicht bey allen, doch gewißlich bey sehr vielen ein herzliches Ver-  
langen erwecken, daß sie auch Mojen und die Propheten gern lesen möchten,  
auf welche sich Christus und die Apostel so fleißig berufen. Gewißlich wür-  
den hohe Personen ein sehr ungünstiges Werk fürchten, wenn sie etwa einem  
Verleger die Unkosten dazu herhießen wolten, daß die armen Leute, ohne  
dem Verkäufer einen Profit zu geben, zu der ganzen Bibel kommen könnten:  
welches gemäßig wol um 10 oder 12 Groschen geschehen könnte, daß demnach  
derjenige, welcher solche Unkosten hergesposten, ohne allen Schaden und  
Verlust bliebe und sein Geld wieder kriege. Und so würde man sehen, daß  
noch viel 1000 Exemplaria von Bibeln in kurzer Zeit in Deutschland wür-  
den verkauft werden: ich gescheide, wenn einer ein Capital selbst daraz  
wagen wollte, daß es desto wohlfeiler könnte gegeben werden. (f) Vid. præ-  
fatio huius editionis.

de doctrinæ salutaris propagatione laboratum fuit: e proximis autem hoc potissimum notabile est, quod curatores missionis euangelicæ, cum regia auctoritate ac munificencia muniti, tum aliorum pietate et opibus subleuati, ut non modo Danorum ac Noruegorum cultiorum satisfacerent desideriis, sed montanis quoque Marchie Finnicæ habitatoribus, densissimarum tenebrarum caligine submersis, lumen accenderent, intra annos (g) sex, præter hymnorum ecclesiasticorum aliasque huius generis libros LXXVII mille, in publicum dederunt totius codicis exemplaria XVI mille et 1000, nouique testamenti XXII mille. A Danis porro ad Britannos transeo, in disseminando Christi euangelio tam solertes his temporibus atque indefessos, ut multam ubique celebrandi Dei materiam præbuerint. Certe ipsam ANNAM reginam (b) Hibernica lingua excudi sacrum codicem iussisse ac plus x mille volumina ad epis copos huius insulæ transmisisse legimus. Præterea maximæ sunt optimique animi et exempli impensa, quas a piis huius regni societatibus aut harum commendatione ab aliis etiam diuersi ordinis, loci ac sexus hominibus in verbi diuini propagationem factas esse et adhuc fieri certissimis testimoniosis constat. His enim non Scoti modo debent in montibus atque insulis vagantes, acceptis (i) dono aliquot millibus bibliorum: sed ipse etiam (k) Americanæ gentes, quibus 111 millia (l) transmisæ sunt. Ex his etiam esse scimus, qui in usum ecclesie Malabaricæ (m) noui testamenti Portugallici exemplaria vi mille curauerunt impri menda. Ab his quoque psalterii ac noui testamenti Arabici VIIII millia voluminum (n) exspectare possunt variae sectæ christiani in Palæstina, Syria, Mesopotamia,

Ara-


(g) Nam initium impressionis factum est a. 1716. (b) a. 1709. Vid. Lud. hist. vñ. p. 742. (i) a. 1702. Ibid. p. 817, et suppl. p. 35. (k) Ibid. suppl. p. 250. (l) Iam superiori saeculo sacer codex bis prodit lingua Americana, Ioannes Eliot interprete, qui de his gentibus optime meruit: sed factum id est in ipsa America, nimirum Cantabrigiæ, a Britannis in noua Anglia conditæ; et primum quidem a. 1663, deinde a. 1685, 4. V tramque editionem orphanotrophei nostri bibliotheca possidet: haud dubie nunc recusat in Anglia, et sic Americanis munus transmissam. (m) Prodiit Amstelodamia, 1712, 8. (n) Vid. relat. litt. Lips. a. 1725. p. 416.

496 (o)



Arabia, Aegypto ac vicinis regionibus agentes. Immo horum æque ac aliorum in Dania et Germania benignitate effectum est post Deum, bonorum fontem primum, ut in ipso oriente non modo (*o*) omnes noui, sed priores etiam antiqui foederis libri prodierint, dialecto iis locis vulgari utraque, hoc est, Dāmulica et Lusitanica, excusi. Multa restant, **LECTOR BENEVOLE**, in argumentum præsens utiliter adferenda. Quanta enim non sunt et quantæ spei, quæ de bibliis (*p*) in vastissimo Rusorum imperio distribui coepit et in posterum quoque distribuendis aliquoties publice accepimus? Vidi etiam his diebus nouum testamentum, sermonem Esthonico ante annos *vii* (*q*) in Luonia redditum: ac de eiusdem sanctissimi libri interpretatione Lapponica, si non impresa, at prelo tamen matura et a Suecis suo tempore exspectanda, audiui. Verum hæc et, quæ restant huius generis alia, pluribus nunc persequi non licet: quia mentem æque ac calamum morbus sifit, a paterna Dei manu immisus et satis quidem tolerabilis adhuc, negotio tamen alieniori haud turbandus. Hinc prætermisis reliquis ad eum venio, a quo meditationis huius occasionem nactus sum. Atque hic est ornatissimus iuuensis, **ALBERTVS FRIDERICVS Wippermann**, Schaumburgicus et selectæ classis apud nos alumnus: vt pote qui post quinquennium sub disciplina nostra laudabiliter et cum fructu exactum ad academica nunc studia progredietur et ante, quam id legitime fiat, *de migratione verbi diuinæ* publice et postremum inter commilitones dicet; suppleturus etiam ea, quæ ipse, nisi valetudo impediuerit, ad excitandos nostros subiungere constitueram, ut dignoscere et hi temporis sui signa fideliter discant et cum tempore beneficis diuinitus datis gratae vti. Qua quidem in re vti bonum reliquis exemplum præiuit, sic adfectu tanto vberiore quævis ei bona sub discessum appreco. Scholarum autem PATRONOS et AMICOS, vt ultimum abundantis sermonem benigne audiant ceterisque examini nostri astibus pari benevolentia adsint, etiam atque etiam rogo: grata simul mente indulgentissimum Deum venerans, cuius benignitate, dum hæc charta prelo exit, ita subleuatus fui, vt me quoque cœtui nostrorum interesse partesque officii obire posse nullus dubitem. P. P. Halein Pædagogio Regio *xii* Cal. Aprilis A. O. R. *circa* *xxiii.*

(*o*) Vid, relat. Malabar, passim. (*p*) Proxima sunt, quæ nuper demum accepimus ex relat. Lipl. germ., d. 4 Martii 1723; cum quibus confer relat. Lipl. litter. a. 1722, p. 193. (*q*) a. 1715.




Al 364 a

(1)







21

*Q. D. B. V.*  
 DIE XXII MARTII HORA X  
 VERBA VLTIMA  
 IN PAEDAGOGIO REGIO  
 DE  
**MIGRATIONE VERBI DIVINI**  
 VNVS E SELECTAE CLASSIS DISCIPVLIS  
 FACIET.  
 QVEM VT BENEVOLE AVDIANT  
**PATRONI ET FAVTORES**  
 STVDIORVM NOSTRORVM  
 CETERISQVE EXAMINIS PVBLICI ACTIBVS  
 PARI FACILITATE ADSINT,  
 OFFICIOSISSIME ROGAT,  
 POST QVAM  
 DE  
**IN SIGNI BIBLIORVM IN LINGVIS**  
 VVLGARIBVS HOC SAECVLO  
 PROVENTV  
 QVAEDAM PRAEFATVS EST,  
**HIERONYMVS FREYER**  
 PAED. REG. INSP.